

LOCA OCCIDENTIS
IN
BIBLIIS SACRIS
MARTYROLOGIO
ALIISQ. HISTORIIS
OCCURRENTIA;
Geographicè, simul & ordine
Alphabeticè designata.

A.
A. Binea, *Auranches*, ciuitas Normannie, in Gallis, tractus qui Constantina vocatur.
Abula, *Abila*, c. Episc. Hispanie Taraconensis, non longè à Segobia.
Aca, *Guadi*, c. Episc. Hispanie, à Granata in Orum 2. mill. Hisp. distans.
Achaia, *Lindaria*, Græcie regio inter Macedoniam & Peloponnesum, cui Isthmo coniungitur.
Aganum, *San Maris*, op. & monast. in Heluetiis inter Geneuam & Sionium.
Agrigentum, *Girgenis*, c. Episc. Siciliae quæ Africam respicit.
Albiga, *Albi*, c. Gall. non longè à Tolosa.
Aetha, *S. Malo*, quasi S. Maclouij, c. Episc. in ora Britannie Gall.
Anagnina, *Anagnini*, c. Episc. Ital. à Roma ad 50. mill. Ital. via Patentina.
Antiodorum, *Auxerre*, c. Episc. Burgund. inter Senones & Heduos.
Armorica, vide Britannia minor.
Aquila, *Aquilegia*, c. olim maxima, ad mare Hadriaticum, fuit Venetas ad 100. circiter mill. Ital.
Aruerni, *Clarmont*, c. Episc. antiqua Gall. Aquitanicæ à Lugduno verus Occid. circiter ad 5. mill.
Auenio, *Auignon*, c. Archiepisc. Gallie Narbonensis, à Lugduno in Austrum ad 30. mill. Gall.
Augustodunum, *Autun*, antiqua Heduorum sedes in Burgundia, à Diuione in Occid. ad 8. mill. Gall.
Augusta Pretoria, *Osse*, in Alpibus, inter Tuinum & Tarentinam.
Augusta Rhætie, quæ & Vindelicorum, *Augsburg*, c. nota Germ. ad Lydum fl.
Augusta Veromandorum, *S. Quintin*, c. Gall. inter Cameracum & Nouiouium.
Austria, vide Noricum.

B.
Baioa, *Bayeux*, c. Episc. Normannie caput, à Rothomago in Oceanum ad 18. circiter mill. Gall.
Bellouacum, *Beauvais*, c. Episc. Gallie inter Ambianum & Parisios.
Bergomum, *Bergamo*, c. Episc. Lombard. inter Brixiam & Comum.
Befuntium, seu Vefontium, *Befancon*, c. nota Burgund. sedes Archiepisc.
Bitonica, *Bowges*, c. Archiepisc. antiqua & nota, in Gallie vmblico.
Biscara, *Braga*, c. Archiepisc. Portugall. in Gallicie finibus.
S. Brionis, *S. Briuiz*, c. Britan. Gall. littoralis, quæ Angliam spectat.
Britannia maior, olim Albion, nunc Anglia.
Britannia minor, *Bretagne*, regio Gallie maritima, à Britanniis, qui ab Anglis pulsi eo se recepere, sic dicta, cum prius Armorica vocaretur.
Brixia, *Brixia*, c. Episc. nota Lombardie, olim Mediol. nunc Venetie ditiosis.
Briuium, *Aprunium*, vide Calabria.

C.
Cabilo, *Chalon sur Saone*, c. Episc. antiq. Burgund. inter Diuionem & Lugdunum.
Cæsar-Augusta, *Caragoza*, c. Archiepisc. Hisp. nota, Attaragonie Metropolis.
Calabria Brutiorum duplex; superioris caput est Constantia, inf. Regium.
Calaguris, *Calahorra*, c. Episc. Hisp. inter Pampelonenam Nauaræ regiam, & Burgos.
Carpentoracæ, *Carpentras*, c. Episc. Gall. Narbonensis inter Auenionem & Vasionem.
Carmutes, *Charitres*, quod & Carnutum, c. Episc. Gall. inter Paris. & Turones.
Catalaunū, *Chalons sur Marne*, c. Episc. Capanie Gall. non longè à Rheims, pugna inter Rom. & Gothos nobilis.
Cenomanes, *Le Mans*, c. Episc. Gall. antiqua, à Parisiis tendenti Andegauum.
Comum, quod & Nououcomum, *Como*, c. Duc. Mediol. ad lacum eius nominis.
Complutum, *Alcala de Henares*, c. Episc. & Acad. Hisp. à Toloto tendenti Cæsar-Augustam seu Caragolam.
Corbeia, *Corbeis*, c. & monast. Picardie, non longè ab Ambiano ad Orientem.
Condua, *Cordona*, c. Episc. Hisp. nobilis & antiqua, inter Granatam & Hispalim.
Cracouia, *Crakou*, leuandum quosdam quasi Græchouia, nota, Polonie Regia.
Cuma, *Cuma*, c. Italiae antiqua littoralis cis Neapolim.

D.
Dacia, & regio Europæ, Transiluaniam, Moldouiam & Valachiam continens.
Dertona, *Tortona*, c. Episc. Ligurie inter Placentiam & Genuam.
Dizipara, *Misina*, c. Thracie mediterranea, tendenti Constantinopolim.



D.
Diuionum, *Dijon*, c. Burgund. nota inter Augustodunum & Befantium.
Dyrachium, antea Epidamnus, *Durazzo*, c. Maced. è regione Brundisij.
Dols, c. & Academia Burgund. celebris inter Befuntium & Diuionem.
E.
Eborac, *Eborac*, c. Archiepisc. Lusitanie in via que in Septentr. ad 150. mill. Anglica.
Ebrudunum, *Ambrun*, c. Archiepisc. Gall. Narbon. inter Tuinum & Auenionem.
Ebroacæ, *Eureux*, c. Episc. Normannie, à Rothomago in Austrum ad 10. mill.
Eliberis, *Elvira*, c. olim celebris Hisp. Vestigia superstantia Granatam.
Emerita, *Merida*, c. Lusitanie olim clarissima, nunc Compositellam dignitas Metropolitana transfata est.
Engolisma, *Angouleme*, c. Episc. Aquitanie inter Burdegalam & Lemouicum.
Eubœa, *Nigropontus*, inf. maris Arægii, vna ex præcipuis.
F.
Erraria c. Ital. non longè à Venetiis.
Fesule, *Fiesole*, c. Ital. ex cuius ruinis proxima Florentia creuit.
Fontanella, monast. celebre Gall. inter Rothomagum & Parisios.
Flauobrigo, *Bilbas*, c. Hisp. nota.

G.
Gades, & Gadir, *Calix*, seu *Gadi*, c. & inf. nota in extremo Hisp.
Gabali, *Marmande*, c. Episc. Aquitanie, non longè à Valencia Gall. ad Occidentem.
Gerunda, *Girona*, c. Hisp. Tarrac. inter Papirianum & Barcionem.
Gratiopolis, *Grenoble*, c. Episc. Gall. nota, Delphinatus caput, vbi non longè Carthusa prima sita est.
H.
Herbipolis, *VVirtzburg*, c. Episc. & Acad. Germ. nota ad Mennum fl.
Hildesheimum, *Hildesheim*, c. Episc. Saxonie ad Lemum in Vilsurgim fluentem.
Hispalis, *Sevilla*, c. Hisp. notissima.
Hydruntum, *Otranto*, c. Italiae littoralis quæ respicit Græciam.
I.
Ilberis, vide Eliberis.
Ilylicum, *Slanona*, Auftriaci Liburniam tenent ad Occid. Veneti oram Dalmatie, reliqua Turcæ.
Inceramna, vna, nunc Terni dicta, inter Narniam & Spoletum. Altera *Ternano* dicitur, non longè ab Afulco.
Italica, *Seuilla la reia*, alius, *la Vecchia*, rudera sunt non longè à Seuilla seu Hipali nota empono.
Iura, *S. Claude*, op. Gall. in monte Iura inter Geneuam & Befantium.
Iuuauia, *Salzburg*, c. Archiepisc. Bauariz, olim Norici, ad Iuuauum fl.

L.
Latiaci, *Lagny*, op. Gall. inter Parisios & Meldas.
Laus Pompeia, *Lodi*, c. Episc. Longobard. inter Mediol. & Placentiam.
Laudunum, *Laon*, c. Episc. in Picard. non longè à Sueff. & Rheims.
Laureacum, *Lorch*, c. olim Episc. Norici inter Viennam & Rationam.
Legio, *Leon*, c. Episc. Hisp. antiqua Regum Castellanosum sedes.
Lemouices, *Limoges*, c. Episc. antiqua Aquitanie inter Aureliam & Tolosam.
Lerinum, *S. Honorato*, inf. cum op. contra Nizam Gall. Narbonensis, corruptè Litinum, vnde Vincentius Linienis.
Lincolinia, *Lyncolne*, c. Anglie, olim Merciorum regia ad Gaienum fl.
Lingona, *Langres*, c. Episc. antiqua inter Lotharingæ & Burgundie confinia.
Locha, *Loches*, pagus in agro Tuorenfi, vbi monasterium Locenic.
Lucania, nunc *Basilicata*, regio Italiae in regno Neapolitano.
Lutetia Parisiorum, *Paris*, Regia & Academia Gallie maxima & notissima.
Luxouium, *Luxon*, op. & monast. Burgundie Lingonæ vicinum.
M.
Madaus, *Madara*, c. Africæ mediterranea inter Hipponeum & Lambefanum.

M.
Malaca, *Malaga*, c. Episc. antiqua in extremo litore Hisp. Baricæ seu Granatenis.
Marathon, *Marathona*, c. Græcie littoralis ex aduerso Euboie inf.
Marochium, *Marocco*, c. Africæ non longè ab Atlantæ maiore.
Matiæona, *Mafson*, c. nota Gall. paulo supra Lugdunum ad Ararim fl.
Mediolanum, *Milano*, c. Italiae Arch. & Ducalis nota.
Melde, *Maulis*, c. Episc. in confinio Campanie Gall. non longè à Parisiis.
Mellana, *Messina*, c. Archiepisc. Siciliae nota in litore Septentrionali.
Metis, & Metz, *Metz*, c. Episc. Gall. antiqua supra Treuerim ad Mosellam fl. Mediomaticum caput.
Milæum, *Mela*, c. Africæ mediterranea ad Amplagam fl. Concilio Mileuitano & Opato Criptore clara.
Mifenu, *Mifeno*, locus Capanie, Ital. in sinu Patroloano.
Molium, *Melleme*, monast. celebre Gall. dicec. Lingonenis.
Mons Garganus, *Monte di S. Angelo*, ad Mare Hadriaticum iuxta Sipuntum, inftar peninsulæ.
Mons Iouis, *Mont S. Bernard*, in Alpibus quæ ex Italia in Gallias iter est per Tarentinam.
Mons Politianus, *Monte Pulciano*, c. Episc. Italiae non longè à Senis.
Moriunum, vide Taruana.
Mutina, *Modina*, c. Episc. Italiae inter Bonouiam & Rhegium Lepidi.

N.
Nannet, *Nantes*, c. Episc. Gall. in Armoris seu Britannia minore ad ostium Ligeris.
Nerui, nunc Tornacensis, populi Belgij noti.
Nicia, seu Nicæa Gall. *Nizza*, ad mare Mediterr. inter Malsileam & Genuam.
Niuerni, etiam Neuidunum & Nouiodunum, *Nemetz*, c. Episc. Gallie antiqua inter Parisios & Lugdunum.
Nouiouium, quæ etiam Nouiodunū & Nouiomagus, *Neyon*, c. Episc. Picardie non longè ab Ambiano.
Nouiouidunum tertium, *Nesfuy*, item c. Gall. inter Bituriges & Genabum.
Nola, c. Episc. Campanie Ital. antiqua 12. mill. à Neapoli ad Ortum.
Noricum, Regio Germ. magnæ, nunc pars sub Bauaria est, pars sub Austria.
Nouaria, *Nosarra*, c. Episc. Mediolanens. Ducatus ad 30. circiter mill. Italiae à Mediolano in Oceanum, Nououcomum, vide Comum.
O.
Olysiop, vide Vhisbona.
Orthona, *Ortana*, c. Episc. Italiae in Aprutio ad mare Hadriaticum, reliquis S. Thomæ Apostoli gloria. Ocha, & Ocha, *Hofesca*, c. Episc. Arragon. S. Laurentij natalibus clara.
Oltia, c. Episc. & colonia antiquiss. ex aduerso portus Romani.
Oxonium, *Oxford*, c. Episc. & Acad. Angliæ à Londino verus Occidentem.

Oxonium, *Oxford*, c. Gall. in Normannie finibus non longè ab Alençonio.
P.
Padeborna, c. Episc. Westphalie ad Lippam fl.
Panormus, *Palermo*, c. Archiepisc. Siciliae, quæ Italicè roburitur, Sicilia Paradisus appellata.
Papia, quæ & Ticinum, *Pavia*, c. Episc. Ital. antiqua, Longobardorum olim regia, non longè à Mediolano.
Parentium, *Parento*, c. Episc. Iftre vitra Venetias in peninsula, non longè à Pola.
Patauum, & Padua, *Padua*, c. Episc. & Acad. Ital. nota, inter Veronâ & Venetas, T. H. natalibus etiâ illustris.
Patare, *Patras*, c. Græcie Peloponneso ad sinum Corinthiacum, S. Andree Apostoli martyrio nobilis.
Perona, *Perona*, c. Picardie ad Somam fl. inter Ambianum & Cameracum.
Perragoni, *Perigens*, c. Episc. Aquitanie inter Lemonicos & Burdegalm.
Philippi, colim Macedonie nobilis, nunc floret ex eius ruinis Bucephala vicina, *Canalla* dicta.
Picienum, regio Ital. ad mare Adriat. nunc *La Marsa* & Ancona.
Pifaurum, *Pesaro*, vrbis Italiae Ducatus Vrbiniatum.
Pompeiona, quæ & Pompeiopolis, *Pompeiona*, c. Episc. antiqua Hisp. Nauaræ caput ad Pirenei m. radices.
Pontina, *Ponticin*, Regio Gall. in Picardie confinio, cuius caput est Abbeuilla.
Porus Romanus, *Porto*, ad ost. Tiberis. Ruinæ tantum c. cernuntur.
Preneste, *Palestrina*, c. Italiae antiq. à Roma in Ortum ad 5. mill.
Praga olim Marobudum, *Pragh*, Boëmiæ Regia, in tres distincta vrbes.
Prumia, *Prumse*, op. & monast. in finibus Treuicorum.
Q.
Quinque Ecclesie, *Emiskirchen*, & Italicè *Cinque chiese*, c. Episc. Pannonie inf. mediae ferè inter Sirmium & Budam.
R.
Ratispona, pñs Augusti Tiberij, *Regensburg*, c. Episc. Bauariae nota ad Danub. fl.
Rauenta, c. Archiepisc. Italiae ad mare Hadriat. olim zemula vrbis Romæ.
Rhedona, *Renes*, c. Episc. antiqua Gall. Metropolis inter Andegauum & Brioum littoralem.
Roffa, *Rochester*, c. Episc. Angliæ inter Cantuariam & Londinum.
Rothomagum, *Roies*, c. Archiepisc. Gallie Metropolis Neustrie seu Normannie.
Romarcus, *Remiremont*, op. & monast. Lotharingie ad Mosellam fl. non longè à Luxonio.
Rutheni, *Rohet*, c. Episc. antiqua Aquit. inter Tolosam & Valenciam Gall.
S.
Sabaia, *Zumbate*, D. Martini patria, ex Nerviat seu Neapoli Austrie tendenti Vespignium Hungarie.
Sagium, *Sesun*, c. Normannie inter Rothomagum & Cenomanes.
Salzburgum, vide Iuuauia.
Sannium, *Abruzzo*, Regio Italiae regni Neapolit. Posteriores Aprutini dixerunt, sed forte Sannium olim angustè.
Sardica, nunc *Triadica*, c. Thracie in finibus Mystis, vbi olim Concl. Sard. censè.
Sedunum, *Sion*, Germ. *Sitten*, c. Heluetie supra Geneuam ad Rhodanum fl.
Senones, *Senis*, c. Archiepisc. Gallie antiq. ad Sequanum, inter Parisios & Dolam.
Septa, *Centis*, c. Mauri. apud montē Abylam Herculis columnam, contra Calpem alteram columnam in Hisp. Siluancetum, *Senis*, c. Episc. Gall. inter Nouiouium & Parisios.
Sirmium, c. Pannonia inf. olim nobilissima ad Saum fl. supra Aquilegam verus Budam.
Soldurum, *Solethum*, c. in Heluetiis Catholica, vt etiam Friburgum & alie vicinæ.
Suesione, *Soissons*, c. Episc. Gall. nota, non longè ab Ambiano.
T.
Taga, c. Africæ mediterr. S. Augustini patria, non longè ab Hippone littorali.
Tarracum, *Tarragona*, op. Gall. Narbon. inter Auenionem & Arlatem.
Tarraco, *Tarragona*, c. Archiepisc. Hisp. antiqua inftar pæniens ad mare Mediterr. inter Barcionem & Dertuliam.
Ternana, olim Morinum c. antiq. à Carolo V. dicta, in finibus Belg. & Gall.
Taurinum, *Turiis*, Ducis Sabaudiz sedes.
Tullum, *Toul*, c. ad Mollell. supra Metim.
Trece, *Troyes*, c. Episc. Camp. Gall. supra Rhemos ad Austrum.
V.
Varenne, *Varennes*, op. Gallie quæ Lugduno Niuernum iur.
Valconia, seu Galconia, regio in confinio Gall. & Hisp. Velaunum, *Vleaur*, c. Episc. Aquit. inter Auenionem & Albigam.
Venetia, *Venezia*, c. & emporium Ital. toti orbi notum. Venetia, Gall. Britan. *Vannes*, c. Episc. antiqua ad Austrum.
Vercellæ, *Verells*, c. Episc. Lombard. inter Mediolanum & Turinum Sabaudie.
Veromandū, *Vermandois*, manet Abbatia apud Fanum S. Quintini, in Picardia dignitate Episc. Nouiouium transfata.
Vesuntio, vide Befuntium.
Vienna, vna Gall. ad Rhodanum fl. altera Austria, vtraque nota.
Vicalsumum, vide *Vesin*, & S. Cler. locus in Gall. iuxta Sequanum verus Normanniam.
Vindocimū, *Vendomsis*, c. Gall. inter Carnutes & Turon. Vhisio, *Lisbona*, c. Archiepisc. Hisp. notiss. & emporium ad ostia Tagi fl.
Vibinum, *Vrbino*, c. Italiae. nota, non longè ab Ancona potu matris Adriaticæ.

SACRIS
ABSOLVTIS
PROFANA
AGGREDIAMVR.

LVMENSACRARVM HISTORIARVM
PER OCCIDENTEM.



ECCLĒSIA quidem vna est, columna & firmamentum veritatis, neque in Christo Iesu Iudæus est aut Græcus, vt Apostolus loquitur: sed accessit discrimen Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis variis de causis. Imperium ipsum Romanum, ob sui amplitudinem, iam tum ab anno Christi 340. sic diuidi coeptum; paulatim & Episcopi, alij Occidentis, alij Orientis nuncupati; demum Oriens ab Occidente impio schismate se secuit, Constantinopolim, quæ erat partis Imperij caput, Ecclesiæ quoque verticem fingens; & hæc ipsa proinde Tabulas nostras similiter determinat. Schismatis huius semina ab anno sal. 480. iacta; cum Zenone, & postea, Anastasio Imp. fauentibus, Pacificantes hæretici docebant, neq; Eutychianos hæreticos cogendos ad decreta Concilij Chalcedonensis, neq; Catholicos ad sententiam Eutychetis assententis Dei Filium assumpsisse quidem humanam naturam, sed eam in diuinam coaluisse. Sunt ea deinde vt cumq; sopita, sed demum reuixerunt, & potissimum post annum Christi 700. impio Mahumetis dogmate interim bonam partem Orientis peruadente, & e contra Euangelico lumine in partibus Occidentis magis magisque lucente. Sed non est huius instituti omnia perfequi. Idcirco has Tabulas Theatro Orteliano adiunximus, vt loca in Historia Ecclesiastica occurrentia, vbi Concilia celebrata sunt, vel aliud insigne contigit, tanto dignoscerentur apertius. Concilia prima Oecumenica quatuor, & plura, Orientis vrbes, Nicæa, Constantinopolis, Ephesus, Chalcedon & alia insigniunt, vt plenius sequens Tabula docebit, quod ibi morbi & causæ celebrandorum Conciliorum hærent. Occidens primum Concilium Vniuersale habuit demum anno Christi 1215. & Magnum Lateranense dictum est, sub Innocentio III. Romæ celebratum; cui interfuerunt Patriarchæ duo, Constantinopolitanus & Ierosolymitanus, Archiepiscopi tum Græci tum Latini 70. Episcopi alij 400. Abbates 12. Priores 800. simul omnes Patres 1285. Legati item vtriusque Imperatoris, Regum Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ; Fidesque ibi pluribus capitibus contra varias hæreses explicata. Capite 5. hoc etiam vnanimi consensu promulgatum, vt post Romanam Ecclesiam, quæ mater vniuersorum Christi fidelium est & Magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Ierosolymitana quartum locum obtineant. Hic & Bulla pro recuperanda Terra sancta sanctissime edita; ad quam expeditionem Papa & Cardinales decimam prouentuum suorum conferant, & reliqui Episcopi & Clerici item pro rata. Fredericus Secundus Imperator caput militiæ delectus, qui Ierosolymam à Godofrido Bullonio anno 1099. captam, & anno 1187. iterum Christianis ereptam, demum anno 1229. recepit; tametsi idem paulò post & perdidit. Laborarunt quidem S. Ludo-

uicus Franciæ Rex & alij postea in eadem militia, & quidem magno zelo, ab anno ferè 1245. vsq; 1270. at modico successu; & ab eo tempore gemit ciuitas sancta Ierusalem & vicinæ sub tyrannide Mahometica seu Turcica. Secuta sunt in Occidente Concilia Generalia ista; Lugdunense in Gallia sub Gregorio X. anno salutis 1274. in quo Græci vniti sunt cum Latinis quoad processionem Spiritus sancti ex Filio: Viennense similiter in Gallia sub Clemente V. anno Christi 1311. Constantiense in Germania anno 1415. Florentinum in Italia anno 1440. vbi & Palæologus Græcorum Imperator præfens fuit, & Græci iterum & Armeni Ecclesiæ Romanæ reconciliati sunt: ac demum Synodus Oecumenica Tridentina in confinio Italiæ & Germaniæ, anno quidem 1546. inchoata, sed variè interrupta, deinde ob intestina Christianorum bella etiam solemniter anno 1552. suspensa, nec nisi anno 1562. resumpta, & anno sequenti confecta. Atque hæc breuiter de Conciliis Oecumenicis in Occidente celebratis.

Distinctiones Episcopatum ibidem secundum præcipuas Occidentis prouincias, Italiæ, Illyricum, Africam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Britanniam, hæc ferè sunt. In Italia & vicinis insulis numerat Miræus noster in exacta sua Notitia Episcopatum Archiepiscopatus quadraginta, præter Patrem Patrum Romanum Pontificem & Patriarcham Venetum. Illyrici Episcopatus partim Germaniæ, partim Orienti sunt tributi, vt apud eundem videre est. In Africa sex olim erant veluti Primates pro numero prouinciarum, ita tamen vt Carthagenensis post Romanum Pontificem totius Africæ maximus Metropolitanus esset. In Hispania Archiepiscopi sunt vndecim; Toletanus, Burgenfis, Compostellanus, Hispalensis, Granatenfis, Cæsar-Augustanus, Tarracoenfis, Valentinus, Bracarëfis, Olysiptonenfis & Eborëfis. In Regno Galliæ primario Archiepiscopatus numerantur tredecim; Lugdunensis, Rothomagensis, Turonensis, Senonensis, Rhemenfis, Bituricensis, Burdigalensis, Aufcensis, Narbonensis, Aquisensis, Viennensis, Ebrodunensis, Arlatensis, & Tolosanus, est & Auenionensis ditionis Pontificiæ. In Gallia nostra Belgica seu Germania inferiore Archiepiscopatus sunt tres, anno 1559. à Paulo IV. instituti, Mechliniensis, Cameracensis, & Ultraiectinus. In Germanico Imperio Archiepiscopatus amplissimi sunt septem, Moguntinus, Colonienfis, Treuirëfis, Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremëfis, & Vefontionensis; & in Regno Bohemiæ Archiepiscopatus Pragëfis; in Hungaria, Strigoniëfis & Colociensis; in Polonia Gnesnensis & Leopoliensis; in Liuania Rigenfis; in Suecia Vpsalensis; in Noruegia Nidrosiensis; & in Dania Lundenfis. Britanniarum Metropolis quondam fuit Eboracum, sed à Gregorio Magno duæ ibidem Metropoles seu sedes Archiepiscopales institutæ sunt, Cantuaria & Eboracum; postea in Scotia Archiepiscopatus Sanct-Andreas & Glascoëfis à Sixto IV. & in Hibernia, Armachanus, Dubliniensis, Cassiliensis, & Tuanenfis ab Eugenio III. adiecti sunt.